

# M A T V R I N I

MONTANI PETRA-  
GORICI COM.

MENTA-  
RII

*In Nouellam Iustiniani Imp.  
sive Auth.*

De Hæred. ab intest. uenient.

ET

De Agnatorum iure sublato.

*In quibus ab incunabulis legis XII. tabularum breuiter methodico  
ordine tota successionis intestatæ materia tractatur: res quoti-  
diana, & que in foro magnum usum habet.*

*Adiecta sunt eiusdem quedam singularia successionis in feudo.*

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB.  
GRYPHIVM,

M. D. XLIX.



CLARISSIMO VIRO

D. GVLIELMO COMITI CV-

RIAE EVRDIGALENSIS

PRAESIDI

MATRINVS MONTANVS

S. P. D.



V<sup>o</sup> M superiori anno nostri Tiberonis exem-  
plum secutus relicto foro ad pristina iuris ci-  
uilibus studia reuersus essem, Praeses aquis-  
sime ac integerrime, & in hac Pictonum urbe  
legum iurisq; studio florente pestilentia metu  
uerius, quam pestilentia saeuente, optimatum consilio iuris ci-  
uilibus clausae essent scholae, ne malum latius serperet: nihil ha-  
bui antiquius, nihil mihi prius faciendum putavi, quam ut  
studij filij tui mihi in disciplinam traditi cōsulerem, & ut ra-  
ram diuinamq; huius indolem, atque aetatem spei maxime  
plenam pro uirili parte alerem. Quare cum intra priuatos pa-  
rietes illi unā cum aliquot nobilibus adolescentibus successionem  
testamentariam docendi quadam perpetua breuitate perle-  
gissem: nostri officij esse duximus, ad inuestigandos successionis  
intestatae gradus, Nouellam Constitutionem siue Νεωτέρη Ιουστι-  
νiani, quae iura agnationis & cognationis tollit, & successiones  
ab intestato praescribit, illi discendam proponere, sepius offensus  
interpretis non ignorantia modo, & inscitia rerum, sed etiam  
infantia ac impuritate loquendi: ut is gustata semel frugum  
optimarum suauitate glandem posthac fastidire, & fucata à  
natiuis, uera & proba à falsis & adulterinis dignoscere inci-  
peret. Et quò facilius percepto fucò id fieret, Graecam Νεωτέρη  
cum uulgata receptaq; translatione coniunxi. Id cum facerem,  
obiter fortè inchoaui quoddam eius constitutionis ueluti argu-  
mentum, ac tandem breuem Commentarium ex optimis qui-  
busq;

reo) sed etiam notam ueramq; laudem ferre non posset. Quod  
 superest, Praeses clarissime, uehementer te etiam atque etiam  
 rogo, ut hanc qualemcunque lucubratiunculam oblatam be-  
 nigno animo, ac hilari fronte suscipias: & pro ea humanitate,  
 qua haectenus me es persecutus, tanquam Ajax ille Home-  
 ricus periclitantem sub clypeo tuo protegas. Vale.

## De Hæredibus ab intestato ue- nientibus, & de Agnatorum iure sublato.

Ἡ ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΠΡὴ ἈΝΕΡΟΥΣΑ  
 τὰ ἀδελφικὰ καὶ κτηνικὰ δίκαια, καὶ  
 τυπῶτα τὰς ἐξ ἀδελφῶν κλήσεις.

### COLLATIO NONA.

IMPERATOR IV-  
 sinianus A. Petro gloriosiss. Prae-  
 fectio factorum praetiorum Orien-  
 tis.

Ὁ Αὐτὸς Βασιλεὺς  
 Περὶ τῶ ἐπιλογοῦντων ἀδελφῶν  
 τῶν ἐξ ἁδελφῶν τῆς ἰσῆς πρῶτα-  
 ρίαν.

**P**LVRIMAS &  
 diuersas leges ue-  
 teribus temporibus  
 prolatas in-  
 ueniētes, per quas  
 non iuste differentia ab inte-  
 stato successione inter cogna-  
 tos ex masculis & foeminis in-  
 troducta est: necessarium esse  
 perspeximus, omnes simul ab  
 intestato cognationum succes-  
 siones, per praesentem legem  
 clara compendiosaq; diuisione  
 disponere. Itaq; prioribus le-  
 gibus pro hac causa positis  
 uacantibus, de caetero ea sola

**Π**ΟΛΛΟΥΣ  
 διαφόρους νόμους ἐν  
 τοῖς παλαιότεροις  
 χρόνοις ἐκπιφορημέ-  
 νους ἐνεπίκωντες, δι-  
 ὧν ὅν δικαίως διαφορὰ εἶχε ἀδικε-  
 θήτω διαδοχῆς μεταξὺ τῶν συγ-  
 γενῶν ἐξ ἀδελφῶν τε ἑθελφῶν εἰσε-  
 νήνεγκται: ἀναγκαῖον εἶναι συνεί-  
 δεσθαι, πάσαις ὁμοῦ τὰς ἐξ ἀδελφῶν  
 εἰς συγγενείας διαδοχὰς εἶναι πα-  
 ρόντων νόμους σαφεῖς καὶ συντόμους  
 διακρίσει διατυπῶσαι, ὥστε τῶν  
 προτέρων νόμων τὰ ἐν ὑπὲρ ταύτης  
 τῆς αἰτίας τεθειμένων ἀργύνητων,  
 τὸ λοιπὸν ταῦτα μόνον παραφυ-  
 λάτ

# MATRINI MON-

TANI IN EANDEM IVSTI-

NIANI NOVELLAM

COMMENTA

R II.

**P**Lurimas & diuersas leges ueteribus  
temporibus prolatas inuenientes.



**Q**UOTIES iuris ciuillis iactatio-  
nem, uariamq; uicissitudinem ani-  
mo repeto, uidere mihi uideor quē-  
dam Euripum reciprocis irrequie-  
tisq; motibus huc & illuc fluctuan-  
tem. Habuit enim ius Quiritum  
sua aëtuarias uices, plurimamq;  
mutationem. Quod uel ex senten-  
tia Iuliani consultissimi ac sapien-  
tissimi uiri conijcere licet: qui, ut re-  
fert Iustinianus, ait: Nullam legem, neque Senatusconsultum  
prolatum, uideri ad omnia fuisse sufficienter promulgatum, ut  
ad naturæ uarietatem & eius machinationem sufficiat. Idq; non  
iniuria. Nam ea est hominum ambitio & auaritia, ut frequenter  
redeuntes mali mores efficiant, ut saepe edantur bonæ leges.  
Quare ea, quæ ex uario multarum rerum euentu desiderari uis-  
debantur, adijcere, & quæ emendanda esse admonuerat grauissi-  
mus legum omnium censor & explorator usus, quiq; prior-  
is magister esse dicitur, posterior dies, innouare coactus fuit  
Imper. Iustinianus: ac pro uarietate incidentium rerum, & no-  
uis & melioribus æquitatis rationibus emergentibus, multas  
uetustissimi iuris ac mediæ iurisprudentiæ leges etiam abroga-  
re: ut in hac Nouell. consti. ac in cæteris uidere licet. Cæterum  
ne quid penitus antiquitatis ignoretur, & quod uel sublatum  
est, uel innouatum, non sit incognitum: historiam emendati iu-  
ris successionis intestatæ ab incunabilis legis XII. Tabula. à  
materia, qua de hîc agitur, paucis repetere non erit alienum. Si-  
quidem is qui principium nescit, rem ipsam non rectè percipit,  
cuius potissima pars principium est, Caio & Pompon. testibus  
loc

